



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum virtutes morales, quæ sunt circa operationes, distinguantur ab ijs,
quæ sunt circa passiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

adagibile, unicam rationem formalem sortitur, quae est obiectu prudentia, sicut ens mobile physice. Ex parte uero subiecti, unitas ista attenditur penes unitatem modi iudicandi, scilicet, secundum dispositionem appetitus, ut auctor insinuat in questione de uirtutibus in communi, articulo duodecimo. Omnia enim agibilia in particulari frequenter iudicamus secundum dispositionem appetitus: nec haec unitas est sic ex parte subiecti, quin inchoet ab obiecti natura. quia ex hoc quod agibilia consistunt in operationibus & passionibus, quae in nobis sunt, confurgit quod secundum affectum iudicemus ea. unde factibilia, quia sunt extra nos, non ex affectu, sed intellectu iudicamus. Quia ergo alia ratione ueri decernimus circa agibilia, & alia circa factibilia & scientifica, & haec specialis ratio consistit in hoc, quod est iudicare secundum dispositionem appetitus, & in hoc omnia agibilia conueniunt, ideo omnia agibilia sub una ueri ratione ab intellectu contpiciuntur, ac per hoc una est intelligibilis uirtus dirigens ea. Nec oblat, quod dispositiones appetitus, secundum quas fit iudicium, sunt diuersae, sicut non oblat unitati scientiae diuersitas principiorum eius. dispositiones namque istae cum sint affectiones ad fines operum, & fines in operabilibus sunt sicut principia in speculabilibus, sunt principia, non partes rectae rationis, quae est uirtus intellectualis, uocata prudentia. Ad motuum autem Scoti dicitur, quod similitudo de arte & prudentia non currit quatuor pedibus. constat enim ex sexto Ethic. quod ars est in ratione solum, & ideo contingit eius obliuisci, sicut & scientiarum, prudentia autem non: & ideo eius omnino est obliuio, unde ad positum dicitur, quod factibilia non sunt nec inter se, nec in suis principis connexa, ut patet. Agibilia autem & inter se, & in principis connexa esse oportet ad unicam rectam eorum rationem. & quod inter se quidem adeo concurrant, ut hoc exigant, patet ex frequentibus operationibus eorum concurrentibus in humana uita, quas oportet recta ratione agibilium iudicari & eligi: quod non contingit in disparatis artibus. Non enim oportet ponere unam artem discernentem inter actus artis futuri, & nauigatae, quoniam haec discretio non eget regula practica, sed scientia, ut patet. Electio autem huius artis magis quam illius ad prudentiam spectat, sicut aliae electiones quarumcumque operationum. In principis autem connexionem exigere manifestat, quod error in proprio principio recte rationis respectu delectabilium redundat in errorem principis & conclusionis in terribilibus, & e conuerso. si quis enim recte dispositus sit ad pericula belli subeunda, & male circa ueneream, & preualere contingerit disponere ad ueneream oblatio obiecto delectabili, omittere prosequi pericula belli impediencia delectatione, & e conuerso, recte dispositus ad abstinentiam a uenereis, & male circa timorem periculorum, imminente periculo, si timor preualuerit, omittere castitatem, ne incidat in fornicatum malum ut de Lucretia dicitur, & quotidiana experientia docere potest. & hoc, quia prudentia est in ratione, ut subest appetitui.

In corp. ar.

vir. q. ar. 13. in cor.

secundum speciem, & non unam tantum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectum rationis est uerum, est autem eadem ratio ueri in omnibus moralibus quae sunt cogitantis agibilia, unde est una sola uirtus in eis dirigens, scilicet prudentia. Obiectum autem appetitiuae uirtutis est bonum appetibile, cuius est diuersa ratio secundum diuersam habitudinem ad rationem dirigentem.

AD SECUNDVM Dicendum, quod illud formale est unum genere per unitatem agentis, sed diuersificat specie propter diuersas habitudines recipiendi, ut supra dictum est.

AD TERTIUM Dicendum, quod moralia non habent speciem a fine ultimo, sed a finibus proximis qui quidem & si infiniti sint numero, non tamen infiniti sunt specie.

ARTICVLVS II.

Utrum uirtutes morales, quae sunt circa operationes, distinguantur ab his quae sunt circa passiones.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, quod uirtutes morales non distinguantur ab inuicem per hoc, quod quaedam sunt circa operationes, quaedam circa passiones.

Super Quaest. sexagesima Articulum secundum.

In tit. artic. secundi eiusdem 60. q. aduerte, quod sicut dispositio est superius ad habitum, & tamen dispositio distinguitur contra

habitu appropriato communioris nomine sibi: ita operatio generis est ad actus appetitus sensitiui, qui uocantur passiones, & sunt operationes, & tamen operationes aliae ab operationibus appetitus sensitiui appropriantur sibi operationis nomen: & contra passiones distinguuntur sub operationis uocabulo, ea ut patet ratione, quia actus appetitus sensitiui hoc speciale fortissimum, quod passionem corporalem an nexam habent, aliter uero hoc non exigentes in communi remanserunt uocabulo. Sumitur ergo hic operatio non communiter, sed ut contra passionem distinguitur, & continetur sub se actus exterioris uoluntatis, ut clarum patebit.

nes. Dicit enim Philosophus in 2. Ethic. quod uirtus moralis est circa delectationes & tristitias, optimorum operatiua; sed uoluptates & tristitiae sunt passiones quaedam, ut supra dictum est. ergo eadem uirtus, quae est circa passiones, est etiam circa operationes, utpote operatiua existens.

¶ 2. Praet. Passiones sunt principia exteriorum operationum. si ergo aliquae uirtutes rectificent passiones, oportet quod etiam per consequens rectificent operationes. eadem ergo uirtutes morales sunt circa passiones & operationes.

¶ 3. Praet. Ad omnem operationem exteriorem mouetur appetitus sensitiuus bene, uel male: sed motus appetitus sensitiui sunt passiones. ergo eadem uirtutes, quae sunt circa operationes, sunt circa passiones.

SED CONTRA est, quod Philosophus in 1. iustitiam circa operationes, temperantiam autem, & fortitudinem, & mansuetudinem circa passiones quaedam.

RESPON. Dicendum, quod operatio & passio dupliciter potest comparari ad uirtutem. Vno modo sicut effectus: & hoc modo omnis moralis uirtus habet aliquas operationes bonas, quarum est productiua, & delectationem aliquam, uel tristitiam, quae

Tertio secundum commensurationem ad alterum: & omnia ista membra in litera tanguntur. Et tamen auctor secundum membrum confundit cum tertio. si enim hoc licet, quare non licet confundere etiam ipsum secundum cum primo? Sed hoc non mouet: quoniam iuxta subiectam materiam sermo fit. operationes namque distinctae contra passiones, sunt operationes ad alterum. In his autem quae sunt ad alterum, idem est dicere, secundum se, & in ordine ad alterum: quia secundum se sunt ad alterum. & propterea licuit auctori non confundere, sed explanare secundum membrum per tertium, ut clarius in sequenti articulo explicat dicens, quod secundum conuenientiam operationis in se ipsa accipitur ratio debiti, quod constat esse ad alterum, unde non est idem iudicium de coincidentia secundi membri cum primo, ut patet.

Secundo nota in calce articuli ly. principaliter. Inductiue namque in temperantia, fortitudine, & iustitia, patet passiones operationibus, & e conuerso, coniungi. In temperantia namque concupiscentiis iunguntur comestio, potio, generatio: in fortitudine timor, audacia, aggressio periculorum, praelia; in iustitia relictio, inuicem, emptionibus & iungitur saltem amor. quia igitur ut plurimum passiones & operationes nostrae iunguntur, insinuat auctor per ly. principaliter, quod uirtutes a uirtutibus non sic distinguuntur, quod aliqua circa solas passiones, alique circa solas operationes: sed quia principaliter circa passiones, uel principaliter circa operationes, ut materiam propriam, sunt.

Tertio nota ex corpore arti. quomodo ex conuersu passionis & operationis circa idem plures uirtutes politicae sunt, ut postmodum de uirtu tractabitur, quomodo specificationes eorum magis melius ipse discutere scias. Hinc enim habes, quod per uirtutes politicae duabus contrariatur uirtutibus, iustitia & mansuetudo: iustitia ad uirtutes temperantiam & iustitiam uiolat, & sic de aliis.

Quarto nota, quod ex his, quae dicuntur in hoc articulo, clarior habentur. Primum est, quod bonum & malum in operationibus attenditur secundum se ipsas, ut nihil referat qualitercumque operantur.

operans afficitur ad ipsas. Secundum est, quod uirtutes morales omnes sunt circa uirtutes scilicet, & operationes: sed differentia est, quia aliqua principaliter operationes, aliqua principaliter passionibus bonificant. hinc autem duo est: prima facie uideatur sibi aduersari, quia si non refert in bono iustitia quomodo pars afficitur, oportet iustitiam non principaliter, sed solum operationes respicere. Non apparet enim quomodo verificetur, quod iustitia sit secundario circa passionibus, cum restituens debitum satisfaciat iustitia, quocumque id animo faciat. Sed si diligētius doctrina authoris inspicatur, uidebuntur omnia consona & uera. In operatione namque ad alterum, puta emptione, restitutione &c. est duo considerare, primo bonitatem propriam: secundo communem. Communis bonitas est, quæ ad omnes actus uirtutum exigitur. Et consistit in illis quatuor generalibus conditionibus in sumatis per quatuor uirtutes cardinales, requisitis ad omnes uirtutes pietatis actus, ut ponitur in secundo Ethic. scilicet rectitudine, firmitate, & discretione. Propria autem bonitas est, quam ex propria ratione ut contra alios distinguuntur, fortitudo; & secundum propriam bonitatem actus iustitiæ nihil refert quo quis animo actum faciat, dummodo cōmensuratum alteri faciat. Secundum uero omnem bonitatem ad actum iustitiæ uirtutis requisitam refert quo quis animo restituat, emat, uēdat &c. & sic iustitia, & uirtutem uirtus bonificatiua operationum est principaliter circa operationes, & secundario circa passionibus: quia est principaliter circa bonitatem operationum, secundario circa communem. Quomodo autem uirtutes circa passionibus sunt principaliter, se-

sunt passionibus, ut supra dictum est. Alio modo potest comparari operatio ad uirtutem moralem, sicut materia circa quæ est, & sic hoc oportet alias esse uirtutes morales circa operationes, & alias circa passionibus. cuius ratio est: quia bonum & malum in quibusdā operationibus attenditur secundum seipsas, qualitercumque, homo afficitur ad eas, in quantum. s. bonum in eis & malum accipitur secundum rationem cōmensurationis ad alterum: & in talibus oportet quod sit aliqua uirtus directiua operatio nisi secundum seipsas, sicut sunt emptio & uēditio. & huiusmodi operationes in quibus attenditur ratio debiti, uel indebiti ad alterum: & per hoc iustitia & partes eius proprie sunt circa operationes sicut circa propriam materiam. In quibusdā uero operationibus bonum & malum attenditur solum secundum cōmensurationem ad operantem: & ideo oportet in his bonum & malum considerari, secundum quod homo bene, uel male afficitur circa huiusmodi. & propter hoc oportet quod uirtutes in talibus sunt principaliter circa interiores affectiones, quæ sunt animæ passionibus, sicut patet de temperantia, fortitudine, & aliis huiusmodi. Contingit autem quod in operationibus quæ sunt ad alterum, prætermittatur bonum uirtutis per inordinatam animi passionem, & tunc in quantum corrumpitur cōmensuratio exterioris operationis, est corruptio iustitiæ: in quantum autem corrumpitur cōmensuratio interiorum passionum, est corruptio alicuius alterius uirtutis: sicut cum per iram aliquis alium percutit, in ipsa percussione indebita corrumpitur iustitia: in immoderata uero ire corrumpitur mansuetudo, & idem patet in aliis. Et per hoc patet ratio ad obiecta. Nam prima ratio procedit de operatione, secundum quod est effectus uirtutis: alia uero rationes procedit ex hoc, quod ad idem cōcurrunt operatio & passio: sed in quibusdā uirtus est principaliter circa operationem, in quibusdā uero circa passionem ratione prædicta. *

ARTICVLVS III.

Utrum circa operationes sit tantum una uirtus moralis.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod sit una tantum uirtus moralis circa operationes. Ratio est: quia in quibusdā operationibus bonum & malum attenditur solum secundum cōmensurationem ad operantem: & ideo oportet in his bonum & malum considerari, secundum quod homo bene, uel male afficitur circa huiusmodi. & propter hoc oportet quod uirtutes in talibus sunt principaliter circa interiores affectiones, quæ sunt animæ passionibus, sicut patet de temperantia, fortitudine, & aliis huiusmodi. Contingit autem quod in operationibus quæ sunt ad alterum, prætermittatur bonum uirtutis per inordinatam animi passionem, & tunc in quantum corrumpitur cōmensuratio exterioris operationis, est corruptio iustitiæ: in quantum autem corrumpitur cōmensuratio interiorum passionum, est corruptio alicuius alterius uirtutis: sicut cum per iram aliquis alium percutit, in ipsa percussione indebita corrumpitur iustitia: in immoderata uero ire corrumpitur mansuetudo, & idem patet in aliis. Et per hoc patet ratio ad obiecta. Nam prima ratio procedit de operatione, secundum quod est effectus uirtutis: alia uero rationes procedit ex hoc, quod ad idem cōcurrunt operatio & passio: sed in quibusdā uirtus est principaliter circa operationem, in quibusdā uero circa passionem ratione prædicta. *

pertinere: sed iustitia est una uirtus. ergo una sola uirtus est circa operationes. ¶ 2. Præ. Operationes maxime differentes esse uidentur, quæ ordinantur ad bonum unius, & quæ ordinantur ad bonum multitudinis: sed ista diuersitas non diuersificat uirtutes morales. dicitur. Phil. in 5. * Eth. quod iustitia legalis, quæ ordinat actus hominum ad cōe bonum, non est aliud a uirtute, quæ ordinat actus hominum ad unum tantum, nisi secundum rationem. ergo diuersitas operationum non causat diuersitatem uirtutum moralium. ¶ 3. Præ. Si sunt diuersæ uirtutes morales circa diuersas operationes, oportet quod secundum diuersitatem operationum esset diuersitas uirtutum moralium: sed hoc patet esse falsum. nam ad iustitiam pertinet in diuersis generibus commutationum rectitudinem statuere, & etiam in distributionibus, ut patet in 5. * Eth. non ergo diuersæ uirtutes sunt diuersarum operationum.

SED CONTRA est, quod religio est alia uirtus a pietate, quarum tamen utraque est circa operationes quadam. RESPON. Dicendum, quod omnes uirtutes morales quæ sunt circa operationes, conueniunt in quadam generali ratione iustitiæ, quæ attenditur secundum debitum ad alterum: distinguuntur autem secundum diuersas speciales rationes. cuius ratio est: quia in operationibus exterioribus ordo rationis instituitur, sicut dictum est, non secundum proportionem ad affectionem hominis, sed secundum ipsam conuenientiam rei in seipsa, secundum quam conuenientiam accipitur ratio debiti, ex quo constituitur ratio iustitiæ. Ad iustitiam enim pertinere uidetur, ut quis debitum reddat: unde omnes huiusmodi uirtutes, quæ sunt circa operationes, habent aliquo modo rationem iustitiæ. Sed debitum non est unius rationis in omnibus: aliter. n. debet aliquid æqualiter superiori, aliter minori, & aliter ex patre, uel promisso, uel ex beneficio suscepto: & secundum has diuersas rationes debiti sumuntur diuersæ uirtutes, puta, religio est per quam redditur debitum Deo: pietas est per quam redditur debitum parentibus, uel patriæ; gratia est per quam redditur debitum benefactoribus, & sic de aliis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iustitia proprie dicta, est una specialis uirtus, quæ attendit perfectam rationem debiti, quod secundum æquivalentiam potest restitui. dicitur tamen & ampliatio notio iustitiæ secundum quæcumque debiti redditionem, & sic non est una specialis uirtus.

AD II. Dicendum, quod iustitia quæ intendit bonum commune, est alia uirtus a iustitia, quæ ordinat ad bonum priuatum alicuius: unde & ius commune distinguitur a iure priuato. Et Tullius ponit unam specialem uirtutem, pietatem, quæ ordinat ad bonum patriæ; sed iustitia ordinans hominem ad bonum commune est generalis per imperium; quia omnes actus uirtutum ordinat ad finem suum. sed ad bonum cōe. Virtus autem secundum quod a tali iustitia imperatur, etiam iustitiæ nomen accipit; & sic uirtus a iustitia legali non differt nisi ratione; sicut sola ratione differt uirtus operans secundum seipsam, & uirtus operans ad imperium alterius.

AD III. dicendum, quod in omnibus operationibus ad iustitiam specialem pertinentibus, est eadem ratio debiti; & ideo est eadem uirtus iustitiæ. precipue quantum ad commutationes. forte enim distributiua est alterius speciei a commutatiua; sed de hoc infra quaeretur.

Prima Secundæ S. Tho. Q3 AR.

condario circa operationes clarum est. Temperantia enim, & liberalitas principaliter respiciunt affectum, & consequenter operationes ut ueniētes ab affectibus: propterea in huiusmodi maxime consideretur affectus, in illis autem opus ipsum.

ca. 1. circa si precip. 10. 5.

cap. 2. 10. 5.

art. preced.

D. 677.

li. 3. de inue. cione in 4. artic. 1. lib.

2. 2. q. 65. art. 1.